Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Neq: enim assentior eis · q hec nuper dis
serere ceperunt · cum corporibus simul
animos interire · atq omnia morte de-
leri · plus apud me antiquorũ autori
tas valet uel nostrorũ maiorũ · q mor
tuis tam religiosa iura tribuerunt · q
non fecissent profecto si nichil ad eos
pertinere arbitrarentur · uel eorũ q m hac
terra fuerunt · quiq: magnam gretiam
que nunc deleta est · tum florebat insti
tutis & preceptis suis erudierunt · uel
autoritas eius · q Apolonis oraculo sapi
entissimus est iudicatus · q non tum
hoc tum illud · ut in plerisq: solet · sed
idem semper dicebat · animos hominũ
esse diuinos · eisq: cum e corpore exis
sent · reditum in celum patere · optimo
q: iuro & iustissimo cuiq: iter expedi
tissimum · quod idem Scipiom uide
bat · qui idem quasi presagiret per
paucis diebus ante mortem · Cum &
Philus & manilius una adessent et alij